



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Flavii Vopisci Syracvsii Divvs Avrelianvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**

Vnum tamen tacere nō debeo, quod illum & senatus, & populus ante imperiū & in imperio, & post imperium sic dilexit, ut satis constet, neq; Traianum, neq; Antoninos, neq; quenquam alium principem sic amatum.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII  
DIVVS AVRELIANVS



ILARIBVS, quibus oīa festa & fieri debere scimus, & dici, impletis solēnibus uehiculo suo me & iudici- ali carpento præf. urbis uir illustris, ac præfata reuer- tentia nominādus Iunius Tiberianus accepit: ibi cū animus à causis atq; à negocijs publicis solutus, ac li- ber uacaret, sermonem multū à palatio usq; ad hor- tos Varianos instituit: & in ipso præcipue de uita principum. Cūq; ad templū Solis uenisset, ab Aureliano principe cōsecratū, quod ipse nō nihilū ex eius origine sanguinē duceret: quæsiuit à me, quis uitam eius in litteras ret- tullisset? Cui ego cū respōdissem, neminē à me Latinorū, Græcorū aliquos le- ctitatos: dolorem gemitus sui uir sanctus p̄ hæc uerba pfudit. Ergo Therfitē Sinonē, ceteraq; illa pdigia uetustatis, & nos bene scimus, & posteri frequēta- bunt: Diuū Aurelianū clarissimū principē, seuerissimū imperatorē, per quē to- tus Romano nomini orbis est restitutus, posteri nescient: Deus auertat hanc amentia. Et tamē, si bene noui ephemeridas illius uiri scriptas, habemus etiam bella caractere historico digesta: quæ uelim accipias, & per ordinē scribas, ad- ditis quæ ad uitam pertinent. Quæ omnia ex libris linteis, in quibus ipse quo- tidiana sua scribi præceperat, pro tua sedulitate condisces. Curabo aut, ut tibi ex Vlpia bibliotheca, & libri linteī proferatur. Tu uelim Aurelianū, ita ut est, qua- tenus potes, in literas mittas. Parui ipse quidē præceptis: accepi libros Græcos: & oīa mihi necessaria in manū sumpsi: ex quib; & quæ digna erant memoratu, in unū libellū cōtuli. Tu uelim meū munus boni cōsulas. Et si hoc cōtentus nō fueris, lectites Græcos: linteos etiā libros requiras, quos Vlpia tibi bibliotheca cū uolueris, ministrabit. Et qm̄ sermo nobis de Treuellio Pollione, q̄ à duobus Philippis usq; ad diuū Claudiū, & eius fratrem Quintiliū, impatores tā claros q̄ obscuros memoriæ pdidit, in eodē uehiculo fuit: asserēte Tiberiano, qd̄ Pollio multa icuriose, multa breuiter pdidisset: me cōtra dicēte, neminē scriptoz, q̄ptū ad historiā ptinet, nō aliqd̄ esse mētītū: pdente quinetiā in quo Liuius, in quo Salustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo deniq; Trogus manifestis testibus cōuincerent: pedib; in sententiā trāsītū faciēs, ac manū porrigēs iucundā, præ- terea scribe inqt, ut libet, secur; qd̄ uelis dicas: habiturus mēdacioz: comites, q̄s historice eloquētiæ miramur autores. Ac ne multa & friuola procerijs odio- sus intexam: diuus Aurelianus ortus, ut plures loquunt, Syrmij familia obscu- riore, ut nōnulli, Dacia ripēs. Ego aut legisse me nemini autorē, q̄ eū Mœsia ge- nitū prædicaret. Et euenit quidē, ut de eorū uirorum genitāli solo nesciatur, qui humiliori loco & ipsi pleriq; solum genitale confingunt, ut dent posteritati de

Libri linteī

L 4 locorū splē

locorū splendore fulgorē. Nec tamē magnorū principū uirtutibus summa sciēdi  
 est, ubi quisq; sit genitus, sed qualis in repu. fuerit. An Platonē magis cōmēdat  
 qd' Atheniēsis fuerit. q̄ q̄ unicū sapiētiae munus illuxerit. An eo minores inue  
 niunt Aristoteles Stagyrita, Eliatesq; Zenō, aut Anacharhis Scytha, qd' in mi  
 nimis nati sunt uiculis: cū illos ad cælū oīs philosophiā uirtus extulerit. Atq; ut  
 ad ordinē redeā, Aurelianus modicis ortus parētib⁹, à prima atate ingenio ui  
 uacissim⁹, uiribus darus: nullū unq̄ diē prætēmisit, q̄uis festū, q̄uis uacantē,  
 q̄ nō se pilo & sagittis ceterisq; armorū exerceret officijs. Matrē qdē eius Calli  
 crates Tyrius, græcorū lōge doctissim⁹ scriptor, sacerdotē tēpli Solis, in eo uico  
 in q̄ habitabāt parētes, fuisse dicit: Habuisse q̄netiā nō nihilū diuinatiōis, adeo  
 ut aliqñ marito suo iurgās ingesserit, cū ei⁹ & stulticiā increparet & uilitatē: en  
 impatoris patrē. Ex q̄ cōstat illā mulierē scisse fatalia. Idē dicit auspiciā imperij  
 Aureliano hęc fuisse. Primū pueri ei⁹ peluē serpentē plerūq; cinxisse, neq; unq̄  
 occidi potuisse. Postremo ipam matrē, quæ hoc uiderat, serpentē quasi familia  
 rē occidere noluisse. His accedit, quod ex palliolo purpureo, qd' Soli sui t̄pis im  
 perator obtulerat, sacerdos mulier crepundia filio fecisse phibeē. Addit etiā il  
 lud, quod uinctū fasciola Aurelianū aquila innoxie de cunis leuauerit, & in arā  
 posuerit, quæ iuxta facellū forte sine ignib⁹ erat. Idē autor est, uitulū matri ei⁹  
 natū miræ magnitudinis cādidū, sed purpurātib⁹ maculis, ita ut haberet i latere  
 uno aut i alio coronā. Multa sup̄flua in eodē legisse memini: qppe q̄ asseuerat  
 etiā rosas in eiusdē mulieris chorte, nato Aureliano, exisse purpureas odoris ro  
 sei, floris aurei. Fuerūt & postea multa omīna iā militantis futuri, ut res mōstra  
 uit, imperij. Nā ingrediēte eo Antiochiā in uehiculo, qd' præ uulnere tūc equo  
 federe nō posset, ita palliū purpureū, quod i honorē ei⁹ expāsum fuerat, decidit  
 ut humeros ei⁹ tegetet. Et cū in equū trāsire uellet, quia inuidiosum tūc erat ue  
 hīculis in ciuitate uti: equus est ei impatoris applicit⁹, cui p̄ festinationē insedit.  
 Sed ubi cōperit, semet ad suū trāstulit. Data est ei præterea cū legatus ad Persas  
 issset patera, qualis solet impatoribus dari à rege persarū: in q̄ insculpt⁹ erat Sol  
 eo habitu, quo colebat ab eo tēplo, in q̄ mater ei⁹ fuerat sacerdos. Donatus eidē  
 etiā elephātus p̄cipuus, quē ille impatori obtulit: solusq; oīm priuatus Aurelia  
 nus elephāti dñs fuit. Sed ut hęc & talia omittam⁹, fuit decorus, & gratia uirili  
 ter speciosus: Statura procerior, neruis ualidissimis, uini & cibi paulo cupidior,  
 libidinis rara, seueritatis imensa, disciplina singularis, gladij exercēdi cupidus.  
 Nā cū essent in exercitu duo Aureliani tribuni, hic & alius, q̄ cū Valeriano cap  
 tus est, huic signū exercit⁹ apposuerat manu ad ferrū: ut si forte quæreret quis  
 Aurelian⁹ aliqd uel fecisset uel gessisset, suggereret Aurelianus manu ad ferrū,  
 atq; cognosceret priuatim. Huius multa extāt egregia facinora. Nā erūpentes  
 Sarmatas in Illyrico cū trecētis p̄sidiarijs solus attriuit. Refert Theodius Cæsa  
 reorū temporū scriptor, Aurelianū manu sua bello Sarmatico una die quadra  
 ginta & octo interfecisse. Plurimis autē & diuersis dieb⁹ ultra nōgentos qnqua  
 ginta. Adeo ut etiā balistea pueri & saltatiūculas i Aurelianū tales cōponeret,  
 quibus diebus festis militariter saltitarent. Mille, mille, mille, mille, mille, mille  
 decollauimus. Vnus homo mille, mille, mille, mille decollauimus. Mille, mille  
 mille iuuat.

mille uiuat, qui mille, mille occidit. Tantū uini habet nemo, quātū fudit sanguinis. Hæc uideo esse p̄friuoia: sed q̄a sup̄script̄ autor ita eadē ut sūt latina suis scriptis inseruit, tacēda esse nō credidi. Idē apud Monciacū tribun⁹ legiōis sextæ Gallicanæ, Frācos irruētes cū uagarent̄ per totā Galliā, sic adfixit: ut tre cētos ex his captos, septingētis interēptis sub corona uēdiderit. Vñ iterū de eo facta ē cātilena. Mille frācos, mille Sarmatas semel occidim⁹. Mille, mille, mille, mille, mille p̄las q̄rim⁹. Hic autē, ut supra dixim⁹, militibus ita timori fuit, ut sub eo postea q̄s semel cū ingētī seueritate castrēsia peccata correxit, nemo peccauerit. Solus deniq; oīm militē, q̄ adulteriū cū hospitis uxore cōmiserat, ita puniuit ut duarū arborū capita inflecteret, q̄s ad pedes militis deligaret, easdēq; subito dimitteret, ut scissus ille utrinq; penderet. Quæ res ingentē timorē oib⁹ fecit. Huius epistola militaris est ad uicariū suū data huiusmodi. Si uis tribunus esse, imo si uis uiuere, manus militū cōtine. Nemo pullū alienū rapiat, ouē nemo contingat. Vuam nullus auferat, segetē nemo deterat: oleū, sal, lignū nemo exigat: annona sua cōtentus sit. De præda hostis, nō de iachrymīs puincialiū habeat: arma tera sint: ferramēta famiata, calciamēta fortia. Vestis noua uestē ueterem excludat. Stipendiū in balteo, nō in popina habeat. Torquē brachiale & annulum apponat: equum saginariū suū defricet, captū aial nō uendat, mulū centuriatū comiter curet. Alter alteri quasi seruus obsequat: à medicis gratis curent. Aruspicius nihil dent: in hospitijs caste se agāt: qui litē fecerit, uapulet. Inueni nup̄ in Vlpia bibliotheca inter linteos libros epistolā diui Valeriani de Aureliano principe scriptā: quam ad uerbum, ut dicebat, inserui. Valerian⁹ Augustus Antonio Gallo cōsuli. Culpas me familiaribus literis, quod Posthumo filium meū Galienū magisq; Aureliano cōmiserim: cū utiq; seueriori & puer credendus fuerit & exercitus: nec tu id diutius iudicabis, si bene scieris quātā sit Aurelianus seueritatis. Nimius est, multus est, grauis est, & ad nostra iā nō facit tēpora. Testor autē oēs deos, me etiā timuisse, ne quid etiā erga filiū meū seuerius si quid ille fecisset, ut est natura pronus ad ludricā, seuius cogitaret. Hac epistola indicat quantā fuerit seueritatis, ut illum Valerianus etiam timuisse se dicat. Eiusdē Valeriani alia est epistola, quæ laudes illi⁹ cōtinet: quam ego ex scrinijs p̄fecturæ urbanæ ptuli. Nā illi Romā uenienti salaria sui ordinis sunt decreta. Exemplū epistolæ. Valerianus Augustus Ceionio Albino p̄fe. urbi. Vellemus quidē singulis quibusq; deuotissimis reip. uiris multo maiora deferre cōpēdia, q̄s eorū dignitas postulat: maxime ubi honorē uita cōmendat. Debet em̄ qd p̄ter dignitatē precii esse meritorū: sed facit rigor publicus, ut accipere de puinciarū oblationib⁹ ultra ordinis sui gradū nemo plus possit. Aurelianū fortissimū uirū ad inspicienda & ordinanda castra oīa destinauimus: cui tantū à nobis atq; ab omni rep. cōi totius exercitus cōfessione debet, ut digna illo uix alia qua uel nimis magna sint munera. Quid em̄ in illo nō clarum? quid nō Coruini & Scipionibus cōferendū? Ille liberator Illyrici, ille Galliarū restitutor, ille dux magni totius exēpli. Et tñ nihil præterea possum addere tātō uiro ad muneris gratiā: quā patit̄ sobria, & bene gerēda resp. Quare synceritas tua mi patres charissime supradicto uiro efficiet, q̄s diu Romæ fuerit. Panes militares mūdōs sexdecim,

AP. Magor  
diacum.

Nem terribilim  
Suntm Aureliam  
suy adlterio

Lex militū

Ep̄ta Militaris  
et Lex  
Militum

dos sexdecim, panes militares castrenses quadraginta. Vini mensalis sextarios quadraginta, porcellū dimidiū. Gallinaceos duos, porcina pondo triginta. Būbulæ pondo quadraginta. Olei sextariū unū, & itē olei sextariū unū. Liguaminis sextariū unū, salis sextariū unū. Herbas holerum q̄tū satis est. Sanè qm̄ ei aliqd̄ præcipue decernendū est, q̄diu Romæ fuerit, pabula extra ordinē decernes. Ipsi autē ad sumptus aureos Antonianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, aris denarios centū, reliqua per præfectos ararij præbebunt. Friuola hæc fortassis cupiā, & nimis leuia esse uideantur, sed curiositas nihil recusat. Habuit ergo multos ducatus, plurimos tribunatus, uicarios ducū, & tribunorū diuersis tēporibus propē q̄draginta: usq̄ adeo, ut etiā Vlpij Criniti, q̄ se de Traiani genere referebat, & fortissimi re uera uiri, & Traiani simillimi, qui piētus est cū eodē Aureliano in tēplo Solis, quē Valerianus Cæsaris loco habere instituerat, uicē sumeret, exercitū duceret, limitē restitueret, prædam militibus daret: Thracias bobus, equis, mācipijs, captiuis locupletaret: manubrias in palatio collocaret: quingētos seruos, duo milia uaccarū, equas mille ouiuū decē milia, caprarū qundecim, in priuatā uillā Valeriani cōgereret. Tūc em̄ Vlpius Crinitus publice apud Byzantiū sedēti Valeriano in thermis egit gratias, dicēs, Magnū de se iudiciū habitū, quod eidē uicariū Aurelianū dedisset: quare eū statuit arrogare. Interest epistolas nosse Aureliano scriptas, & ipsam arrogationem. Epistola Valeriani ad Aurelianum. Si esset alius Aureliane iucundissime, qui Vlpij Criniti uicem posset implere, tecum de eius uirtute ac sedulitate conferrem. Nunc tecum requirere potuissem. Suscipe bellū aperte Nicopolis, ne nobis ægritudo Criniti obsit. Fac quicquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate militiæ magisterium. Habes sagittarios Ityeos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas centū quinquaginta, Saracenos ducētos, Mesopotamios auxiliares quadringentos: habes legionē tertiā felicem, & equites cataphractarios octingentos. Tecum erit Hariomūsus, Haldegastes, Hildomūsus, Cariouiscus. Cōmeatus à præfectis necessarius in omnibus castris est constitutus. Tuum est pro uirtutibus tuis atq̄ sollertia illic hyemalia & æstiuā disponere, ubi tibi nihil deerit: quærere præterea ubi carrago sit hostiū, & uere scire quāti qualesq̄ sint, ut nō uinum aut annona consumatur, aut talia iaciant, in quibus Respu. cōstituta est. Ego de te tantum deo fauente spero, quantum de Traiano si uiueret, posset sperare respu. Neq̄ enim minor est, in cuius locum si demq̄ delegi, consulatū cum eodē Vlpio Crinito in annum sequentē à die undecimo Calend. Iuniarum, in locum Gallieni & Valeriani sperare te conuenit sumptu publico. Leuanda est enim paupertas eorum hominum, qui diu reip. uiuentes pauperes sunt, & nullorum magis. His quoq̄ literis indicatur quantum fuerit Aurelianus, & re uera, neq̄ enim quisquam aliquando ad summam rerum peruenit, qui non à prima ætate gradibus uirtutis ascenderit. Literæ de cōsulatu. Valerianus Augustus Alioxifidio præfecto ararij. Aureliano, cui cōsulatum detulimus ob paupertatem, qua ille magnus est, cæteris maior, dabis ad æditionem Circensium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos

» lippeos minutulos tria milia, in areis quinquagies, tunicas multas uiriles  
 » decē, lineas Aegyptias uiginti, mantelia Cypria paria duo, tapetia Aera decem,  
 » tragula Maura decē, porcos centū, oues centū: cōuiuū autē publicū edī iubebis  
 » senatorib⁹, equitibus Romanis: hostias maiores duas, minores quatuor. Et quā  
 » etiā de arrogatione aliqua me dixeram positurū, quā ad tantū principē perti-  
 » nerent, quāso ne odiosior, uerbosior uē ea re uidear, quā fidei causa inserēdā cre-  
 » didi ex libris Acholij, qui magister admissio-  
 » num Valeriani principis fuit, libro  
 » actorum eius nono. Cum cōsedisset Valerianus Augustus in thermis apud  
 » Byzantium præsente exercitū, præsente etiā officio palatino: assidentibus Mem-  
 » mio Fusco cōsule ordinario, Bebīo Macro præsfecto prætōrij, Quinto uicario  
 » præsfecto Orientis: Assidentibus etiā à parte leua<sup>t</sup> Auulnio Saturnino Scythici li-  
 » mitis duce, Murentio ad Aegyptū destinato, Iulio Tryphone Orientalis limitis  
 » duce, & Meceo Brundusino præsfecto annonæ Orientis, & Vlpio Crinito duce  
 » Illyriciani limitis, & Thracij, & Fuluiō Boio duce Rhetici limitis: Valerianus  
 » Augustus dixit. Gratias tibi agit Aureliane resp. quod eā Gotthorum potesta-  
 » te liberaasti. Abundamus per te praeda, abundamus gloria, & his omnibus, qui-  
 » bus Romana felicitas crescit. Cape igit̃ tibi pro rebus gestis tuis coronas mura-  
 » les quatuor, coronas uallares quinque, coronas nauales duas, coronas ciuicas du-  
 » as, hastas puras decē, uexilla bicolora quatuor, tunicas ducales ruffas quatu-  
 » or, pallia proconsularia duo, togam prætēxtā, tunicā palmatā, togā pictā, sub-  
 » armalē, profundum, sellā eboratam. Nam te consulē hodie designo scripturus  
 » ad senatum, ut tibi deputer scipionem, deputer etiā fasces. Hæc em̃ imperator  
 » non solet dare, sed à senatu quando fit cōsul accipere. Post hæc Valeriani dicta,  
 » Aurelianus surrexit, atq; ad manus accessit agēs gratias militaribus uerbis, quæ  
 » propria & ipsa apponenda decreui. Aurelianus dixit. Et ego dñe Valeriane im-  
 » perator Auguste, ideo cuncta feci, ideo uulnera patienter excepi, ideo & equos  
 » & coniuratos meos lassauī, ut mihi gratias ageret resp. & cōscientia mea. At tu  
 » plus fecisti, ago ego gratias bonitati tuæ, & accipio consulatū quē das: Dñi faci-  
 » ant, & deus Sol cert⁹ sit, ut & senat⁹ de me sic iudicet. Agētib⁹ igit̃ gratias om̃ib⁹  
 » circūstātibus, Vlpīus Crinitus surrexit, atq; hac oratiōe usus est. Apud maiores  
 » nostros Valeriane Auguste, quod & familiæ meæ amicū, ac propriū fuit, ab o-  
 » ptimis quibusq; in filiorū locū fortissimi uiri semper electi sunt: ut uel senescen-  
 » tes familias, uel scetus matrimonijs iā caducos substitutæ fecūditatis prolis ori-  
 » naret. Hoc igit̃ quod Cocceus Nerua in Traiano adoptando, quod Vlpī⁹ Tra-  
 » ian⁹ in Hadriano, qd̃ Hadrianus in Antonino, & ceteri deinceps pposita sug-  
 » gestione fecerūt: iā in arrogādo Aureliano, quē mihi uicariū iudicij tui autori-  
 » tate fecisti, censui esse referēdū. Iube igit̃, ut lege agat̃, sitq; Aurelian⁹ hæres sa-  
 » croꝝ nominis, & bonoꝝ, totiusq; iuris, Vlpīo Crinito iā cōsulari uiro, ipse ac tu  
 » Crinite iudice cōsularis. Lōgū est cūcta prætēxere. Nā & actæ sūt Crinito à Va-  
 » leriano gratiæ, & adoptio, ut solebat, impleta. Memini me in quodā libro Græ-  
 » co legisse, quod tacendum esse nō credidi, mādātū esse Crinito à Valeriano, ut  
 » Aurelianus adoptaret: idcirco præcipue, qd̃ paup̃ esset, sed hoc in medio relin-  
 » quendum

Ats' t Amu/  
lio.

quendum puto: & quoniam superius epistolam posui, qua sumptus Aureliano ad consulatum delatus est, quare posuerim rem quasi friuolam eloquendā putauī. Vidimus proxime consulatū Furij Placidi tanto ambitu in circo æditū ut non præmia dari aurigis, sed patrimonia uiderentur: cum darentur tunicæ subsericæ lineæ paragaudæ, darentur etiam equi ingemiscensibus frugi hominibus. Factum est enim, ut iam diuitiarum sit, non hominum consulatus: quia utiq; si uirtutibus defertur, æditorem spoliare non debent. Perierunt casta illa tempora, & magis ambitione populari peritura sunt. Sed nos (ut solemus) hâc quoq; rem in medio relinquimus. His igitur tot, ac talibus præiudicijs, muneribusq; fultus, Claudianis temporibus tātus enituit, ut post eum Quintillo quoq; fratre eius interempto, solus teneret imperium, Aureliano interfecto, cū quo Gallienus fecerat pacem. Hoc loco tanta est diuersitas historicorum, & quidem Græcorum, ut alij dicant inuito Claudio ab Aureliano Aureolum interfectū, alij mandante ac uolente, alij ab imperatore iā Aureliano eundē occisum, alij uero adhuc priuato. Sed hæc quoq; in medio relinquamus ab ipsis petenda, per quos in literas missa sunt. Illud tamē constat, omne contra Mæotidas bellū diuū Claudiū nulli magis q̄ Aureliano credidisse. Extat epistola, quā ego, ut soleo, fidei causa, immo ut alios annaliū scriptores fecisse uideo, inserendā putauī. Flauius Claudius Valerio Aureliano suo salutē. Expetit à te munus solitum nostra resp. Aggredere, quid moraris? Tuo magisterio milites uti uolo, tuo ductu tribunos. Gotthi oppugnandi sunt. Gotthi à Thracijs amouendi. Eorum em̄ pleriq; Hæmi montē, Europamq; uexant, qui te pugnate fugerunt. Omnes exercitus Thracios, oēs Illyricianos, totumq; limitē in tua potestate constituo, solitam nobis æde uirtutem. Tecū erit etiā frater Quintillus cū occurrerit. Ego alijs rebus occupatus, summā belli illius uirtutibus tuis credo. Misi sanè equos decē, loricas duas, & cætera, quibus munire ad bellū euntē necessitas cogit. Secūdis igitur prælijs usus auspicijs Claudianis rēp. in integrū reddidit: atq; ipse statim, ut supra diximus, consensu omniū legionū factus est imperator. Equites sanè oēs ante imperiū sub Claudio Aurelianus gubernauit, cū offensam magistrī eorū incurrisent, quod temere Claudio nō iubente pugnasent. Itē Aurelianus cōtra Sueuos, & Sarmatas iisdē temporibus uehementissime dimicauit, ac florentissimā uictoriā retulit: accepta est sanè clades sub Aureliano à Marcomānis per errorē. Nam dū is à fronte nō curat occurrere, subito hostes erupere: dūq; illos à dorso persequi parat, omnia circa Mediolanū grauiter euastata sūt. Postea tamē ipsi quoq; Marcomāni superati sunt. In illo autē timore, quo Marcomāni cūcta uastabāt, ingentes Romæ seditiones motæ sunt pauentibus cūctis, ne eadē quæ sub Gallieno fuerāt, prouenirēt. Quare cū libri Sibyllini notī beneficijs publicis inspecti sunt, inuentūq; ut in certis locis sacrificia fierēt, quæ Barbari transire nō possent: facta deniq; sunt ea, quæ præcepta fuerāt in diuerso ceremoniarū genere, atq; ita Barbari restiterūt, quos omnes Aurelianus carptim uagantes occidit. Libet ipsius senatusconsulti formā exponere, quo libros inspici clarissimorū iussit autoritas. Die tertio Idus Janu. Fuluius Sabinus prætor urbanus

tor urbanus dixit. Referimus ad uos P. C. pontificum suggestionem, & Aureliani principis literas: quibus iubetur, ut inspiciant fatales libri, quibus spes belli terminandi sacratio deorum imperio continetur. Scitis enim ipsi quotienscumque grauior aliquis extitit motus, eos semper inspectos: neque prius mala publica esse finita, quam ex istis sacrificiorum processit autoritas. Tunc surrexit primae sententiae Vlpium Syllanus, atque ita locutus est. Serò nimis P. C. de Reip. salute consulimur, serò ad fatalia iussa respicimus, more languentium, qui ad summos medicos nisi in summa desperatione non mittunt: proinde quasi peritioribus uiris maior facienda sit cura, cum omnibus moribus occurrere sit melius. Meministis enim P. C. me in hoc ordine saepe dixisse iam tum, cum primum nunciatum est Marcomanos erupisse consulenda Sibyllae decreta, utendum Apollinis beneficijs: recusasse uero quosdam, & cum ingenti calumnia recusasse: cum adulando diceret tantam principis esse uirtutem, ut opus non sit deos consuli, proinde quasi & ipse uir magnus non deos colat, non de dijs immortalibus speret. Quid plura? audiuius literas quibus rogauit opem deorum, quae nunquam cuiquam turpis est, ut uir fortissimus adiuuetur. Agite igitur pontifices, quia puri, quia mundi, quia sancti, quia uestiti, animisque sacri. Comodi templum ascendite, subsellia laureata constituite, ueteranis manibus libros euoluite, rata Reip. quae sunt aeterna perquirite: patrimis, matrimisque ueris carmen indictum nos sumptum sacris, nos apparatus sacrificijs, nos aris ambarualia indicemus. Post haec interrogati plerique Senatores sententias dixerunt, quas longum est innectere. Deinde alijs manus porrigentibus, alijs pedibus in sententias euntibus, plerisque uerbo consentientibus, conditum est s. c. itum deinde ad templum, inspecti libri, proditi uersus, lustrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia promissa: atque ita solennitas, quae iubebat, expleta est. Est epistola Aureliani de libris sibyllinis, nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum. Miror uos patres sancti tantum de aperiendis sibyllinis dubitasse libris, pinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis. Agite igitur, & castimonia pontificum, ceremoniarumque solennium iuuate principem necessitate publica laborantem. Inspiciant libri: quae facienda fuerint, celebrent: quemlibet sumptum cuiuslibet generis captiuos, quemlibet animalia regia non abnuo, sed liberes offero: neque enim indecorum est dijs iuuantibus uincere: sic apud maiores nostros multa finita sunt bella, sic coepta. Si quid est sumptuum datis ad praef. ara. literis decerni iussi, est praeterea uestrae autoritatis arca publica, quam magis refertam esse reperio, quam cupio. Cum autem Aurelianus uellet oibus simul facta exercitus sui constipatione concurrere, tanta apud Placentiam dades accepta est, ut Romanum penes solueret imperium. Et causa quidem huius periculi perfidia, & calliditas barbarici fuit motus. Nam cum cogredi apud Martem non possent, in syluas se densissimas contulerunt, atque ita nostros uespera incubete turbarunt. Denique nisi diuina ope post inspectionem librorum, sacrificiorumque curas nostris quibusdam, speciebusque diuinis impliciti essent barbari. Romana uictoria non fuisset. Finito praelio Marcomanico, Aurelianus, ut erat natura ferocior, plenus irarum Romam petit uindictae cupidus, quam seditionum asperitas suggererat: inciuilius denique usus imperio, uir alias optimus seditionum autoribus in-

Manus porrigere in sententijs.

Christiani.

M teremptis,



teremptis, cruetius ea, quæ mollius fuerat curada, cōpescuit: interfecti sunt enim nonnulli etiā nobiles senatores, cū his leue quiddā, & quod contemni à mitiore principe potuisset, ut unus uel leuis, uel uilis testis obijceret. Quid multa? Magnū illud, & quod iā fuerat, & qd' nō frustra speratū est, infamiae tristioris ictu cōtaminauit imperiū: timeri cōcepit princeps optimus non amari, cū alij dicerent pfodiendū talē principē, nō optandū: alij bonū quidē medicū, sed mala rōne curantē. His actis, cū uideret posse fieri, ut aliquid tale iterū, quale sub Galieno euenerat, proueniret: adhibito consilio senatus, muros urbis Romæ dilatauit. Nec tamē pomerio addidit eo tpe, sed postea. Pomerio autē nemini principū licet addere, nisi ei, qui agri barbarici aliqua parte Romanā Remp. locupletaauerit. Addidit autē Augustus, addidit Traianus, addidit Nero, sub quo pontus Polemoniachus, & alpes Cottia Romano nomini tributa. Transactis igit quæ ad sectiones, atq; urbis statū, & ciuilia pertinebāt, cōtra Palmyrenos, id est contra Zenobiā, quæ filiorū noie oriētale tenebat imperiū, iter flexit. Multa in itinere ac magna bellorū genera cōfecit. Nā in Thracijs, & in Illyrico occurrēs barbaros uicit: Gotthorū quinetiā ducē Cannabā, siue Cannabaudē, cū quicq; milibus hoim trans Danubiū interemit. Atq; inde per Byzantiū in Bithyniā transitū fecit, eāq; nullo certamine obtinuit. Multa eius tam præclara facta cō dicta sunt: sed oīa libro innectere nec possum fastidij euitatione, nec uolum?: sed ad intelligēdos mores atq; uirtutē pauca libada sunt. Nā cū Thyanā uenisset, eāq; occlusam reperisset, iratus dixisse fert: Canē in hoc oppido nō relinqū. Tūc & militib<sup>9</sup> acrius incūbētibus spe prædæ, & Heraclamone quodā timore ne inter ceteros occideret, patriā suā pdente, ciuitas capta est. Sed Aurelianus duo statim præcipua, quod unū seueritatē ostēderet, alterū lenitatē ex imperatoria mente mōstrauit. Nā & Heraclamonē pditorē patriæ suæ sapiens uictor occidit: & cū milites iuxta illud dictū, quo canē se relicturū apud Thyaneos negaret, euerfione urbis exposcerēt, respōdit ijs: Canē inqt negaui in hac urbe me relicturū, canes oēs occidite. Grāde principis dictum, grandius militū uotum: nā dictum principis, quo præda negabat, ciuitas seruabat, totus exercitus ita quasi ditaretur, accepit. Epistola de Heraclamone. Aurelianus Augustus Mallio Chiloni. Occidi passus sum, cuius quasi bñficio Thyanā recepi. Ego uero pditorē amare nō potui: & libēter tuli, quod eū milites occiderunt: neq; em̄ mihi fidē seruare potuisset, qui patriæ nō pepercit. Solus deniq; ex oibus qui oppugnabant, cāpus accepit. Diuitem hominem negare nō possum, sed cuius bona eius liberis reddidi: ne qs me causa pecuniæ locupletem hominē occidi passum esse criminaretur. Capta autē ciuitas est miro modo. Nā cum Heraclamon locum ostendisset aggeris naturali specie tumentē, q̄ posset Aurelian<sup>9</sup> cultus ascēdere: ille cōscendit, atq; elata purpurea chlamyde, intus ciuib<sup>9</sup>, foris militib<sup>9</sup> se ostendit: & ita ciuitas capta est, q̄si tot<sup>9</sup> in muris Aureliani fuisset exercit<sup>9</sup>. Taceri nō debet res, q̄ ad famā uenerabilis uiri ptinet. Fert em̄ Aurelianū de Thyanæ ciuitatis euerfioe uera dixisse, uera cogitasse: uerū Apolloniū Thyanæū celeberrimæ famæ, autoritatisq; sapiētē, ueterē philosophū, amicū uerū, deorū ipm etiā p noie frequentādū

Apollonius.

frequentandū, recipienti se in tentoriū ea forma, qua uidef subito astitisse: atq; hæc latine, ut hō Pannonius intelligeret, uerba dixisse, Aureliane si uis uincere, nihil est quod de ciuiū meorū nece cogites. Aureliane si uis imperare, à cruore innocentū abstine. Aureliane demēter te age, si uis uincere. Norat uultū philo-  
 sophi uenerabilis Aurelianus, atq; in multis eius imaginē uiderat templis. De-  
 niq; statim attonitus, & imaginē & statuas, & templū eidē promisit, atq; in me-  
 liorem redijt mentē. Hæc ego à grauibus uiris cōperi, & in Vlpia bibliotheca li-  
 bris relegi: & pro maiestate Apollonij magis credidi. Quid enim illo uiro san-  
 ctius: uenerabilius: antiquius: diuiniusq; inter hoies fuit? Ille mortuis reddidit  
 uitam. Ille multa ultra hoies & fecit, & dixit: quæ qui uelit nosse, Græcos legat li-  
 bros, qui de eius uita conscripti sunt. Ipse autē, si uita suppetat, atq; ipsius uiri fa-  
 uori usquequaq; placuerit, breuiter saltem tanti uiri facta in literas mittam: nō  
 quo illius uiri gesta munere mei sermonis indigeant: sed ut ea, quæ miranda  
 sunt, omniū uoce prædicent. Recepta Thyana Antiochiam pposita omnibus  
 impunitate, breui apud Daphnē certamine obtinuit, atq; inde præceptis cōtū  
 probatur uenerabilis uiri Apollonij parēs, humanior atq; dementior fuit. Pu-  
 gnatū est post hæc de summa rerum contra Zenobiam & Zabam eius sociā  
 apud Emessam magno certamine. Cumq; Aureliani equites fatigati iam penē  
 discederēt, ac terga darēt: subito ui numinis, quod postea proditū hortate qua-  
 dam diuina forma per pedites etiā equites restituti sunt. Fugata est Zenobia  
 cum Zaba, & plenissime parata uictoria. Recepto igit orientis statu, Emessam  
 uictor Aurelianus ingressus est, ac statim ad templū Heliogabali tetēdit, quasi  
 cōmuni officio uota soluturus. Verum illic eā formā numinis reperit, quam in  
 bello sibi fauentē uidit. Quare & illic templa fundauit denarijs ingentibus po-  
 sitis, & Romæ Soli templū posuit maiore honorificētia consecratū, ut suo dice-  
 mus loco. Post hæc Palmyrā iter flexit, ut ea oppugnata, laborum terminus fie-  
 ret. Sed in itinere à latronibus Syris male accepto frequēter exercitu multa per-  
 pessus est, & in obsidione usq; ad ictum sagittæ periditatus est. Epistola ipsius  
 extat ad Mucaporē missa, in qua de eius belli difficultate ultra pudorē imperi-  
 alem fatetur. Romani me modo dicunt bellū contra scēminā gerere, quasi sola  
 mecū Zenobia, & suis uiribus pugnet, atq; hostium: quantū si uir à me oppu-  
 gnandus esset in cōscientia & timore longe deteriore, dici non potest. Quantū  
 hic sagittarū, qui belli apparatus, quantū telorum, quantū lapidum: nulla pars  
 muri est, quæ non binis & ternis balistis occupata sit: ignes etiam tormētis faci-  
 untur. Quid plura: nō quasi scēmina pugnat quasi pcenā timēs: sed credo adiu-  
 tuos Romanā rēpu. deos, qui nunq; nostris conatibus defuerūt. Deniq; fati-  
 gatus, ac pro malis fessus literas ad Zenobiam misit, deditiōē illius petēs, uitā  
 pmittēs, quarū exemplū indidi. Aurelianus imperator Romani orbis, & rece-  
 ptor orientis, Zenobia, cæterisq; quos societas tenet bellica. Sponte facere de-  
 buistis id, quod meis literis nunc iubetur: deditiōē præcipio impunitate uitæ  
 pposita, ita ut illic Zenobia cum tuis agas uitam, ubi te ex senatus amplissimi  
 sententia collocauero. Gemmas, argentū, aurum, sericum, equos, camelos in ara  
 M 2 rium Ro.

rium Ro. conferas. Palmyrenis ius suum seruabit. Hac epistola accepta Zenobia supbius, insolentiusq; rescripsit, quam ei fortuna poscebat, credo ad terrorē. Nam eius quoq; epistolæ exemplū indidi. Zenobia regina orientis Aureliano Augusto. Nemo adhuc præter te quod poscis, literis petijt. Virtute facendum est quicquid in rebus bellicis est gerendum. Deditionem meā petis, quasi nescias Cleopatram reginam perire maluisse, quàm in qualibet uiuere dignitate. Nobis Persarū auxilia non defunt, quæ iam speramus: pro nobis sunt Saraceni, pro nobis Armenij: latrones Syri exercitum tuum Aureliane uicerūt. Quod si igitur illa uenerit manus, quæ undiq; speratur: pones profecto supercilium, quo nunc mihi deditionē quasi omnifariā uictor imperas. Hanc epistolā Nicomachus se trāstulisse in grecum ex lingua Syrorū dicit ab ipsa Zenobia dicta: nam illa superior Aureliani græca missa est. His acceptis literis Aurelianus non erubuit, sed iratus est. Statimq; collecto exercitu, ac ducibus suis undiq; Palmyrā obsedit: neq; quicq; uir fortis reliquit, quod aut imperfectum uideret aut incuratū. Nam & auxilia, quæ à Persis missa fuerāt, interceptit: & alas Saracenas, Armeniasq; corrupit, atq; ad se modo ferociter, modo subtiliter transtulit. Deniq; post multa mulierē potentissimā uicit. Victa igitur Zenobia cum fuget camelis, quos Dromedas uocitant, atq; ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta, atq; in Aureliani potestate deducta. Victor itaq; Aurelianus, totiusq; iam orientis possessor cū in uinculis Zenobiā teneret, cū Persis, Armenijs, Saracenis superbior, atq; insolentior egit ea, quæ ratio tēporis postulabat. Tunc illæ uestes, quas in templo Solis uidemus, confertæ gemmis, tum Persici dracones, & tiaræ, tum genus purpuræ, quod postea nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis uidit: de qua pauca saltem libet dicere. Meministis enim fuisse in templo Iouis optimi Maximi Capitolini pallium breue purpureū lanestre, ad quod cū matronæ, atq; ipse Aurelianus iungerēt purpuras suas, cineris specie decolorari uidebant cæteræ diuini cōparatione fulgoris. hoc munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptū Aureliano dedisse perhibet, scribens: Summe purpurā qualis apud nos est, sed hoc falsum fuit. Nā postea diligentissime & Aurelianus & Probus, & proxime Diocletianus missis diligentissimis cōtoribus, requisuerūt tale genus purpuræ, nec tamē inuenire potuerūt. Dicitur enim sandix Indica talē purpurā facere, si curet. Sed ad incepta redeamus. In gens tamen strepitus militum fuit omnium Zenobiā ad pœnam poscentium. Sed Aurelianus indignū existimans mulierē interim, occisis plerisque, quibus autoribus illa bellum mouerat, parauerat, gesserat, triumpho mulierem referuauit, ut populi Ro. oculis esset ostentui. Graue inter eos, qui cæsi sunt, de Longino philosopho fuisse perhibet, quo illa magistro usa esse ad græcas literas dicit. Quē quidē Aurelianus idcirco dicit occidisse, quod superior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio, quæ Syro esset sermone contexta. Pacato igitur oriente in Europam Aurelianus redijt uictor, atq; illic corporū copias afflixit: & cū illum carpiciū senatus absentē uocasset, mandasse ilico fertur: Superest P.C. ut me etiā carpisculū uocetis, Carpisculum em genus calciamenti esse satis notum est, quod

Purpura ad purpuram.

Echodie Italicarpos uocant crepidas uulgo.

est, quod cognomen deforme uidebat: cum & Gothicus, & Sarmaticus, & Armenicus, & Parthicus, & Adiabenicus diceret. Rarum est, ut Syri fidē seruent, immo difficile. Nam Palmyreni qui iam uicti atq; contusi fuerāt, Aureliano rebus Europensis occupato nō mediocriter rebellarūt. Sandarionem em̄, quē in praesidio illic Aurelianus posuerat, cum sexcentis sagittarijs occiderunt, Achilleo cuidam parenti Zenobiā parantes imperium. Verum adeo Aurelianus, ut erat paratus ex Europa reuertit: atq; urbem, quia ita merebatur, euertit. Crudelitas deniq; Aureliani, uel ut quidam dicunt seueritas, eatenus extitit, ut epistola eius feratur, cōfessionē immanissimi furoris ostentans: cuius hoc exemplum est. Aurelianus Augustus Ceionio Baso. Non oportet ulterius progredi militum gladios, iam satis Palmyrenorū cāsum atq; occisum est. Mulieribus non pepercimus, infantes occidimus, senes iugulauius, rusticos interemimus: cui terras, cui urbem deinceps relinquemus: Parcendū est ijs, qui remanserunt. Credimus enim paucos tam multorū supplicijs esse correctos. Templum sanē Solis, quod apud Palmyram aquiliferā legionis tertiā, cum uexilliferis & draconario, cornicibus, atq; laticinibus diripuerunt: ad eam formā uolo, quā fuit, reddi. Habes trecentas auri libras Zenobiā capsulis: habes argenti mille octingenta pondo. De Palmyrenorum bonis habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohonestari templū: mihi & dijs immortalibus gratissimū feceris. Ego ad senatum scribam, petens ut mittat pontificem, qui dedicet templum. Hæc litere ut uideamus, indicant fatiatam esse immanitatem principis duri. Securior deniq; iterum in Europam redijt: atq; illic omnes, qui uagabant, hostes nota illa sua uirtute contudit. Interim res per Thracias Europamq; omnē Aureliano ingentes agente, Firmus quidam extitit, qui sibi Aegyptum sine insignibus imperij quasi ut esset ciuitas libera, uindicauit. Ad quē continuo Aurelianus reuertit, nec illi defuit felicitas solita. Nam Aegyptū statim recepit: atq; ut erat ferox animi, cogitatione multus, uehemēter irascens, quod adhuc Tetricus Gallias obtineret: occidentē petijt: atq; ipso Tetrico exercitum suum prodente, quod eius scelera ferre nō posset, deditas sibi legiones obrinuit. Princeps igitur totius orbis Aurelianus pacatis per occidentē Gallis, atq; undiq; terris, Romā iter flexit. De Zenobia & Tetrico, hoc est de oriente & occidente triumphū Romanis titulū exhiberet. Non ab re est cognoscere, qui fuerit Aureliani triūphus. Fuit em̄ speciosissimus. Currus regij tres fuerunt. In his unus Odenati, argēto, auro, gemmis operosus atq; distinctus. Alter, quē rex Persarum Aureliano dono dedit, ipse pari opere fabricatus. Tertius, quē sibi Zenobia cōposuerat, sperās se urbē Romanā cū eo uisurā: quod illam nō sefellit: nā cū eo urbē ingressa est uicta & triūphata. Fuit alius currus quatuor ceruis iūctus, qui fuisse dicit regis Gotthorū: quo ut multi memoriā tradiderūt, Capitoliū Aurelianus inuectus est, ut illic caderet ceruos, quos cū eodē curru captos uouisse Ioui optimo maximo ferebat. Præcesserūt elephāti uiginti, fera māsuetā Libycæ Palestinæ diuersæ ducentæ: quas statim Aurelianus priuatis donauit, ne fiscū annonis grauaret. Tygrides quatuor: camelopardali, alces, cætera talia per ordinem ducta, gladiatorū paria

M 3 octingenta,

octingēta: præter captiuos gentium barbararū Blēmies, Exomita, Arabes, Eu-  
 dæmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Saraceni, Persæ cum suis quoq; muneribus,  
 Gotthi, Alani, Roxolani, Sarmathæ, Frāci, Sueui, Vandali, Germani religatis  
 manibus captiui præcesserūt. Inter hos etiā Palmyreni, qui superfuerāt princi-  
 pes ciuitatis, & Aegyptij ob rebellionē. Ductæ sūt & decē mulieres, q̄s uirili ha-  
 bitu pugnātes inter Gotthos ceperat: cū multæ essent interēptæ, quas de Ama-  
 zonū genere titulus indicabat. prælati sunt tituli, gentium noīa cōtinētes. Inter  
 hæc fuit Tetric<sup>9</sup> chlamyde coccinea, tunica galbina, braccis gallicis ornatus, adiū-  
 cto sibi filio, quem imperatorē in Gallia nūcupauerat. Incedebat etiā Zenobia  
 ornata gēmis, catenis aureis, quas alijs ostentabant, præferbant coronæ oīum  
 ciuitatū aureæ titulis eminētib<sup>9</sup> proditæ. Iam populus ipse Ro. iam uexilla col-  
 legiorum, atq; castrorū, & cataphractarij milites, & opes regiæ, & omnis exerci-  
 tus, & senatus. Et si aliquanto tristior, quod senatores triūphari uidebāt, multū  
 pompæ addiderāt. Deniq; uix nona hora in Capitoliū peruenit, serō autē ad  
 palatiū. Sequentibus diebus datæ sunt populo uoluptates ludorū scænicorū,  
 ludorū Circēstium, uenationū, gladiatorū naumachia. Non prætermittendum  
 uidet, quod & populus memoria tenet, & fides historica frequētauit, Aurelianū  
 eō tēpore, quo p̄ficēbat ad orientē, bilibres coronas populo promississe, si ui-  
 ctor rediret: & cū aureas populus speraret, neq; Aurelianus aut posset, aut uel-  
 let, coronas eū fecisse de panibus, qui nūc siliginē uocant, & singulis quibusq;  
 donasse: ita ut siliginē suam quotidie toto æuo suo, & unusquisq; reciperet, &  
 posteris suis dimitteret. Nam idē Aurelianus & porcinā carnē populo Roma-  
 no distribuit, quæ hodiēq; diuidit: leges plurimas sanxit, & quidē salutes: sa-  
 cerdotia cōposuit, templū Solis fundauit, & pontifices roborauit. Deceuit etiā  
 emolumenta architectis & ministris. His gestis, ad Gallias p̄fectus Vindelicos  
 obsidione barbarica liberauit: deinde ad Illyricū redijt, paratōq; magno poti-  
 us quā in ingenti exercitu. Persis, quos eo quoq; tpe, quo Zenobiam superauit,  
 gloriosissime iā uicerat, bellū indixit. Sed cū iter faceret apud Zenophoriū mā-  
 lionē, quæ est inter Heracliam & Byzantiū, malitia notarij sui, & manu Muc-  
 poris interemptus est. Et causa occidendi eius quæ fuerit, & quæadmodū sit occi-  
 sus, ne res tanta lateat, breui edisseram. Aurelianus, quod negari nō potest, seue-  
 rus, truculentus, sanguinarius fuit princeps. Hic cum usq; eō seueritatē tetendisset,  
 ut & filiam sororis occideret, non magna, neq; satis idonea causa, iam pri-  
 mū in odiū suorū uenit. Incidit autē, ut se res fataliter agūt, ut Mnestheū quēdā,  
 quē p̄ notario secretorū habuerat, libertū, ut qdā dicunt, suū in seniore sibi mi-  
 nādo redderet: q̄ nescio qd de quodā suspicatus esset. Mnestheus, q̄ sciret Au-  
 relianū neq; frustra minari solere, neq; si minaret, ignoscere: breue noīm cōscri-  
 psit mixtis ijs, quib<sup>9</sup> Aurelian<sup>9</sup> uere irascebat, cū ijs de quib<sup>9</sup> nihil asperū cogita-  
 bat: addito etiā suo noīe, q̄ magis fidē faceret ingesta sollicitudinis: ac breue le-  
 git singulis, quoz noīa cōtinebat: addēs disposuisse Aurelianū eos omnes occi-  
 dere: illos uero debere suæ uitæ, si uiri sunt, subuenire. Hi cū exarsissent timore  
 qui merebant offensam, dolore miscentes beneficijs atq; officijs, quib<sup>9</sup> Aureli-  
 anus uidebat ingrat<sup>9</sup>, in supradictō loco iter facientē principē subito adorti in-  
 teremerūt.

teremerūt. Hic finis Aureliano fuit principe necessario magis q̄ bono. Quo in-  
 terfecto cū esset res p̄dita, & sepulchrū ingēs & tēplū illi detulerūt ij à quib⁹ in-  
 terēptus est. Sanē Mnestheus postea surreptus ad stipitē bestijs obiectus est,  
 qđ statua marmorea posita in eodē loco utrinq; significat, ubi & in colūnis di-  
 uo Aureliano statua constituta sunt. Senatus mortē ei⁹ grauius tulit, grauius  
 tñ PO. RO. q̄ uulgo dicebat Aurelianū p̄dagogū esse senatorē. Impauit annis  
 sex min⁹ paucis diebus, ac rebus magnis gestis inter diuos relatus est. Quia p̄ti-  
 net ad Aurelianū id qđ in historia relatū est, tacere nō debui. Nā multi ferunt  
 Quintiliū fratrem Claudij, cū in p̄sidio Italico esset, audita morte Claudij sum-  
 plisse imperiū. Verū postea ubi Aurelianū cōperit impare à toto exercitu dele-  
 ctum, cūq; contra eū cōcionaret, nec à militib⁹ audiret: incisis sibi met uenis die-  
 uigesimo imperij sui perijsse. Quicquid sanē scelerū fuit, quicquid male cōscien-  
 tia, uel etiā funestorū, quicq; deniq; factionū, Aurelian⁹ toto penitus orbe pur-  
 gauit. Hoc q; ad rē p̄tinere arbitror, Balbati filij noīe Zenobiā nō Timolai, &  
 Herēniani imperiū tenuisse quod tenuit. Fuit sub Aureliano etiā monetariorū  
 bellū Felicissimo rōnali autore, quod acerrime seuerissimēq; cōpescuit, septē tñ  
 milibus suorū militū interēptis: ut epistola docet missa ad Vlpium Crinitū ter-  
 consulem, q̄ eū añ adoptauerat. Aurelianus Augustus Vlpio patri. Quasi fa-  
 tale quiddā incessit, ut oīa quacūq; gesserō, oēs motus ingrauescāt. Ita em̄ sedi-  
 tio intramurana bellū mihi grauissimū peperit: monetarij autore Felicissimo ul-  
 timo seruorū, cui procurationē fisci mandaueram, rebelles spiritus extulerunt.  
 Hi cōpressi sunt septē milibus Hiberorū Ripariensium, & Castrianorū & Da-  
 ciscorū interemptis. Vnde apparet nullam mihi à dijs immortalibus datā sine  
 difficultate uictoriam. Tetricum triumphatum correctorem Lucaniae fecit, filio  
 eius in senatu manente. templum Solis magnificentissimū constituit: muros ur-  
 bis Romae sic ampleauit, ut quinquaginta propē milia murorum eius ambitus  
 teneant. Idem quadruplatores, ac delatores ingenti seueritate persecutus est: ta-  
 bulas publicas ad priuatorum seueritatē exuri in foro Traiani semel iussit. Am  
 nestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Athenien-  
 sium. Cuius rei etiam Tullius in Philippicis meminit. Fures prouinciales repe-  
 tendarum, ac peculatus reos ultra militaremodum est persecutus: ut eos in-  
 gentibus supplicijs, cruciatibusq; puniret. In templo Solis multum auri gem-  
 marumq; constituit: cum uastatum Illyricum, ac Mœsiam deperditam uideret  
 prouinciā trans Danubium Daciam à Traiano constitutam sublato exercitu,  
 & prouincialibus reliquit, desperans eā posse retineri. Abductosq; ex ea popu-  
 los in Mœsiā collocauit: appellauitq; suā Daciā, quae nunc duas Mœsias diui-  
 dit. Dicit̄ praterea huius fuisse crudelitatis, ut plerisq; senatoribus simulatā in-  
 gereret factionē cōiurationis, ac tyrānidis, quo facilius eos posset occidere. Ad-  
 dunt nōnulli filiū sororis non filiā ab eodē interfectū, pleriq; aut etiā filiā foro-  
 ris. Quā difficile sit impatorē in locū boni principis legere, & senat⁹ sanctioris  
 grauitas p̄bat, & exercitus prudētis autoritas. Occiso nāq; seuerissimo principe  
 de impatore deligēdo exercit⁹ retulit ad senatū: idcirco qđ nullū de his faciēdū  
 putabat, qui tam bonū principē occiderāt. Verū senatus hanc eandē delectio-

nem in exercitū refudit, sciens nō libēter iā milites accipere impatores eos, quos senatus elegerit. Deniq; id tertio factum est, ita ut per sex menses impatorem Romanus orbis nō habuerit, omnesq; iudices n̄ permanerēt, quos aut senatus, aut Aurelianus elegerat, nisi quod proconsulē Asiæ Falconiū Probū in locum Arelj Fufci delegit. Non iniucundū est ipsas inferere literas, quas ad senatum exercitus misit. Felices ac fortes exercitus Senatui P. Q. R. Aurelianus impator noster per fraudē unius hoīs, & per errorē bonorū ac malorū interemptus est. Hunc inter deos referte sancti & domini P. C. & de nobis aliqū dignū uestro iudicio principē mittite. Nos enim de ijs, qui uel errauerūt, uel male fecerūt imperare nobis neminē patimur: Rescriptum est Senatūscōsulto. Cū die tertio nonas Februarias senatū amplissimus in curiā Pōpilianā cōuenisset, Aurelius Gordianus cōsul dixit: Referimus ad uos P. C. literas exercitus felicissimi, quibus recitatis Aurelianus Tacitus primā sentētiā senator ita locutus est. Hic autē est, q post Aureliānū sentētiā oīm impator est appellat⁹. Recto ordine cōsulauissent dij immortales P. C. si boni principes ferro inuiolabiles extitissent, ut longiorē ducerēt uitā: neq; cōtra eos aliqua esset potestas ijs, q neces infandas tristissima mēte cōcipiūt. Viueret em̄ princeps noster Aurelianus, q neq; utilior fuit qscq;. Respirare certe post infelicitatē Valeriani, post Gallieni mala imperante Claudio cōperat nostra Resp. ad eadē reddita fuerat Aureliano toto penitus orbe uincētē. Ille nobis Gallias dedit, ille Italiā liberauit. Ille Vindelicis iugū barbaricæ seruitutis amouit: illo uiuētē Illyricū restitūtū est, reddita Romanis legibus Thraciā. Ille (proh pudor) orientē scemineo pressum iugo in nostra iura restituit: ille Persas insultātes adhuc Valeriani nece fudit, fugauit, oppressit. Illū Saraceni, Blemyes, Exomita, Bactriani, Seres, Hiberi, Albani, Armenij, populi etiam Indorū ueluti præsentiē penē uenerati sunt deū: illius donis quæ à barbaris gētib⁹ meruit, refertū est Capitoliū: quindecim milia librarū auri ex eius liberalitate unū tenet templū, oīa in urbe fana eius micāt donis. Quare P. C. uel deos ipos iure cōuenio, q talē principē interire passi sunt, nisi forte secū eū esse maluerūt. Decerno igit diuinos honores: id qd' uos oēs existimo esse facturos. Nā de impatore deligēdo ad eundē exercitū censeo esse referēdū. Eten̄ in tali genere sentētiā nisi fiat quod dicit, & electi periculū erit, & eligētis inuidia. Probata est sentētiā Taciti: attamē cū iterū atq; iterū mitterent ex s. c. quod in Taciti uita dicemus, Tacitus factus est impator. Aurelianus filiā solā reliquit, cuius posterī etiam nunc Romæ sunt. Aurelianus nāq; proconsul Ciliciæ senator optimus, sui uere iuris uitæq; uenerabilis, qui nunc in Sicilia uitam agit, eius est nepos. Quid hoc esse dicam tam paucos bonos extitisse principes: cum iam tot Cæsares fuerint? Nam ab Augusto in Diocetianum, Maximianumq; principes, quæ series purpuratorum sit, index publicus tenet. Sed in his optimi, ipse Augustus, Flauius, Vespasianus, Titus, Cocceius Nerua, Diuus Traianus, diuus Adrianus, Pius & Marcus Antonini, Seuerus Afer, Alexāder Mameax, diuus Claudius, & diuus Aurelianus. Valerianus enim cum optimus fuerit, ab omnibus infelix apparuit. Vides quæso quā pauci sint principes boni, ut be-

ni, ut bene dictum sit à quodā inimico scurra Claudij huius temporib⁹, in uno  
 anulo bonos principes posse p̄scribi, atq; depingi. At cōtra quæ series malorū  
 ut enim omittamus Vitellios, Caligulas, & Nerones: quis ferat Maximinos &  
 Philippos, atque illā incōditæ multitudinis fecem? Tametsi Decios excerpere  
 debeā, quorū & uita, & mors ueteribus cōparanda est. Et quærit quidē quæ res  
 malos principes faciat. Iam primū nimia licentia: deinde rerū copia, amici præ  
 terea improbi, satellites detestandi, eunuchi auarissimi, aulici uel stulti, uel dete  
 stabiles: & quod negari non potest, rerū publicarū ignorantia. Sed ego à patre  
 meo audiui Diocletianū principē iā priuatum dixisse, nihil esse difficilius quàm  
 bene imperare. Colligunt se quatuor uel quinque, atq; unum consiliū ad decipi  
 endum imperatorē capiunt. Dicunt quid probandum sit. Imperator qui domi  
 clausus est, uera nō nouit: cogitur hoc tantū scire, quod illi loquuntur: facit iudi  
 ces, quos fieri non oportet: amouet à Rep. quos debeat obtinere. Quid multa?  
 ut Diocletianus ipse dicebat, bonus, cautus, optimus uenditur imperator. Hæc  
 Diocletiani uerba sunt, quæ idcirco inserui, ut prudentia tua sciret nihil esse diffi  
 cilius bono principe. Aurelianum quidē multi, neq; inter bonos, neq; inter ma  
 los principes ponūt: idcirco quod ei clemētia imperatorū dos prima defuerit.  
 Verconius Herēnian⁹ præf. præf. Diocletiani, teste Asclepiodoro, sæpe dicebat  
 Diocletianum frequēter dixisse, cum Maximiani asperitatē deprehēderet, Au  
 relianū magis ducem esse debuisse q̄ principē. Nam eius nimia ferocitas eidē  
 displicebat. Mirabile fortasse uideat, quod compertū Diocletiano Asclepiodo  
 tus Celsino consiliario suo dixisse perhibet. Sed de hoc posteri iudicabūt. Dice  
 bat em̄ quodā tempore Aurelianus Gallicanas consuluisse druydas, sciscitantē  
 utrum apud eius posteros imperium permaneret: tum illas respondisse dixit,  
 Nullius clarius in Rep. nomē q̄ Claudij posterorū futurū. Et est quidē iā Con  
 stātius imperator eiusdē uir sanguinis, cuius puto posteros ad eam gloriā, quæ  
 à druydibus pronūciata sit peruenire. Quod idcirco ego in Aureliani uita con  
 stitui, quia hæc ipsi Aureliano cōsulētī respōsa sunt. Vectigal ex Aegypto urbi  
 Romæ Aurelianus uitri, chartæ, lini, stupæ, atq; anabolicas species æternas con  
 stituit. Thermas trāstyberina regione Aurelianus facere parauit hyemales, qd̄  
 aquæ frigidi aëris copia illic deessent: forū nois sui in Hostiensis ad mare funda  
 re cœpit. In quo postea prætorū publicū cōstitutū est. Amicos suos honeste di  
 tauit, & modice: ut miserias paupertatis effugerēt, & diuitiarū inuidiā patrimo  
 niū moderatiōe uitaret. Vestē holosericā neq; ipse in uestiario suo habuit, neq;  
 alteri utēdā dedit. Et cū ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blateo serico ute  
 ret, ille r̄ndit: Absit ut auro fila pensent. libra em̄ auri tūc libra serici fuit. Habu  
 it in aīo, ut aurū neq; in cameras, neq; in tunicas, neq; in pelles, neq; in argentū  
 mitteret: dicēs plus auri esse in rerū natura q̄ argētī: sed aurū p̄ uarios bratte  
 arū, filorū & liquationū usus perire, argentū aut̄ in suo usu manere. Idē dede  
 rat facultatē, ut aureis qui uellet & uasis uterent̄ & poculis. Dedit præterea po  
 testatē, ut argētas priuati carrucas haberēt, cū antea arata & eborata uehicu  
 la fuissent. Idem concessit, ut blateas matronæ tunicas haberent ceteras uestes,  
 cum antea

Dictum  
scurra.

Corruptela  
principum.



cum antea coloreas habuissent. Et ut fibulas aureas gregarij milites haberent, idem primus cōcessit, cum antea argenteas habuissent. Paragaudas uestes ipse primus militibus dedit, cum ante nō nisi rectas purpureas acceperant: & quidē alijs monolores, alijs dilores, trilores alijs, & usq; ad pentelores, quales hodie lineæ sunt. Panibus urbis Romæ unciam de Aegypto uectigali auxit: ut quadā epistola data ad præfectum annonæ urbis etiā ipse gloriat. Aurelianus Augustus Flabio Arabiano præfecto annonæ. Inter cætera quibus dijs fauentibus Romanā Remp. iuuimus, nihil mihi est magnificētius, quā quod additamēto uncia omne annonarū urbicarū genus iuuat: quod ut esset perpetuū, nauicularios Niliacos apud Aegyptū nouos, & Romæ annicos posui, Tyberinas extruxi ripas: Vadum aluei tumentis effodi, dijs & perennitati uota constitui, almā Cererē consecraui. Nūc tuū est officium Arabiane iucundissime elaborare, ne meæ dispositiones in irritū ueniant. Neq; enim populo Ro. saturo quicq; potest esse latius. Statuerat tamē & uinū gratuitū P. O. R. O. dare: ut quēadmodū oleum & panis, & porcina gratuita præberent: sic etiā uinū daretur, quod perpetuum hac dispositione cōceperat. Hetruria per Aureliam usq; ad alpes maritimas ingentes agri sunt: hq; fertiles, ac syluosi. Statuerat igitur dominis locorum inculcorū: qui tamē uellent gratiā dare, atq; illic familias captiuas constituere, uitibus montes conserere, atq; ex eo opere uinum dare: ut nihil reddituū fiscus acciperet: sed totū populū R. O. cōcederet. Facta erat ratio dogecuparū nauium & operū. sed multi dicūt Aurelianus ne id faceret, præuentū: alij à præf. præf. sui prohibitū, qui dixisse fertur: Si & uinum populo R. O. damus, superest, & ut pullos, & anseres demus. Argumēto est id uere Aurelianus cogitasse, immo etiam facere disposuisse, uel ex aliqua parte fecisse: quod in porticibus tēpli Solis fiscalia uina ponunt, non gratuita populo eroganda, sed precio. Sciendū tamē congiaria illum ter dedisse, donasse etiam P. O. R. O. tunicas albas manicas ex diuersis prouincijs, & lineas Afras, atq; Aegyptias puras: ipsūq; primū donasse oraria populo R. O. quibus uteretur populus ad fauorē. Displicebat ei, cum esset Romæ, habitare in palatio, ac magis placebat in hortis Salustij, uel in Domitiæ uiuere. Miliarensē deniq; porticū in hortis Salustij ornauit, in qua quotidie & equos, & se fatigabat, q̄uis esset non bonæ ualitudinis: seruos & ministros peccantes coram se cædi iubebat: ut pleriq; dicūt, causa tenendæ seueritatis: ut alij, studio crudelitatis. Ancillā suam, quæ adulteriū cum seruo suo fecerat, capite puniuit. Multos seruos è familia ppria qui peccauerant legibus audiendos iudicijs publicis dedit. Senatum, siue senaculum matronis reddi uoluerat: ita ut primæ illic quæ sacerdotia senatu autore meruissent, calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederacios uiris om̄ibus tulit, mulieribus reliquit. Cursores eo habitu, quo ipse habebat, senatoribus concessit. Cōcubinas ingenuas haberi uetuit. Eunuchorum modum pro senatorijs professionibus statuit, idcirco quod ad ingentiā precia peruenissent. Vas argenti eius nunquā triginta libras transijt. Cōuiuuium de assaturis maxime fuit. Vino rufo maxime delectatus est. Medicum ad se cum ægrotaret, nunq; uocauit: sed ipse se inedia præcipue curabat. Vxori

bat. V xori, & filiæ anulū sigillariciū quasi priuatus instituit. Seruis suis uestes easdē imperator, quas & priuat⁹ dedit: præter duos senes, quibus quasi libertis plurimū detulit, Antistium & Gillonem, qui post eum ex senatus sententiā manmissi sunt. Erat quidem rarus in uoluptatibus: sed miro modo mimis delectabatur: uehementissime autē delectatus est Phagone, qui usq; eo multū comedit, ut uno die ante mēsam eius aprum integrum, centū panes, ueruecem, & porcellum comederet: biberet autem in fundibulo appposito plus orca. Habuit tempus præter seditiones quasdam domesticas fortunatissimum: populus autem Romanus eum amauit, senatus timuit.

*Nota*  
Phago Homo Vorax

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

## TACITVS



**Q**UOD post excessum Romuli nouello adhuc Romæ urbis imperio factum pontifices, penes quos serius scribendæ historiæ potestas fuit, in literas retulerunt: ut interregnum dum post bonum principē bonus alius quæritur, iniretur. Hoc post Aurelianū habito, inter senatum, exercitūq; Romanum non inuido, non tristi, sed grato, religiosūq; certamine sex totis mensibus factum est. Multis tamen modis hæc ab illo negotio causa separata est. Iam primum enim cum interregnum inutum est, post Romulum interreges tamē facti sunt. Totusq; ille annus per quinos & quaternos dies siue ternos centum senatoribus deputatus est, ita ut qui ualere, interreges essent singuli dumtaxat. Quare factum est, ut & plures annos interregnum iniretur, ne aliquis sub æquali dignitate Romani expers remaneret imperij. Huc accedit, quod etiam sub consulibus tribuniq; militaribus præditi imperio consulari, si quando interregnum inutum est, interreges fuerunt. Nec unquam ita uacua fuit hoc nomine Romana Respub. ut nullus interrex biduo saltē triduoue crearetur. Video mihi posse obijci curules magistratus, apud maiores nostros quadriennium in Rep. nō fuisse: sed erant tribuni plebis, cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperij est. Tamen non est proditum interreges eo tempore non fuisse: Quinetiam uerioribus historicis referentibus declaratū est, consules ab interregibus post creatos, qui haberēt reliquorū comitiā magistratuū. Ergo quod rarum & difficile fuit, Senatus P. Q. R. perpessus est, ut imperatorē per sex menses, dū bonus quæritur, Resp. nō haberet. Quæ illa concordia militum: quanta populo quies: quàm grauis senatus autoritas fuerit: Nullus usq; tyrān⁹ emerit: sub iudicio senatus, & militū, populūq; Romani totus orbis est tēperatus: nō illi principē quenq; ut recte facerent, non tribunitiam potestatem formidabant: sed quod est in uita optimū, se timebāt. Dicenda est tamē causa tam feliciū morarū, & speciatim monumētis publicis inferēda, ea in posteros humani generis stupēda moderatio: & discāt q; regna capiūt, nō raptū ire iperia, sed mereri.

Interfecto